

P V I S

1 6 1 8

- | | |
|--|--|
| <p>Leonardi Rittershusii Paraphrasis Psalmi XC nuptiis dicitur.</p> <p>II. Berzmani paraphrasis Psalmi 121. 91. 125. 124.</p> <p>III. Berzmani paraphrasis Psalmorum 22. 16. 09.</p> <p>IV. Berzmani paraphrasis Psalmi 08.</p> <p>I. Berzmani Epipemphion Psalmorum 91. 97.</p> <p>VI. Berzmani Psalmi .104. 0. 19.</p> <p>VII. Poletani Paraphrasis Prometei Iona.</p> <p>VIII. Mundorpii paraphrasis Iona.</p> <p>IX. M. Iacobi Gregorii Iona.</p> <p>X. Joannis Fabri de Nativitate Christi.</p> <p>XI. M. Theodori de Nativitate Christi.</p> <p>XII. Waltzeri Oda de Redemptionis Opere.</p> <p>XIII. Oritii de Peccatu Christi ad Inferos.</p> <p>XIV. Pomauii Heptas simulane Resurrectionis.</p> <p>XV. Stentorii ubi impudentissimis.</p> <p>XVI. Trautmanni instructio p vero Lutherano.</p> <p>XVII. Bratorii Epistola Germaniae ad Electores.</p> <p>XVIII. Moiti ex Auma ad Christianum Pr. Abbat.</p> <p>XIX. De reb. gestis Johannis Ernesti Pr. Abbat.</p> <p>XX. Henna ab Eichen ad Maunicium Pr. Episc.</p> <p>XXI. Abrahami Cremeri ad Electore Brand.</p> <p>XXII. M. Imbingeri Statulatio in Natalem Rudolphi Principis Anhaltini.</p> <p>XXIII. Moiti in Nuptias Rudolphi Pr. Pr.</p> <p>XXIV. Berzmani Ecloga Rudolphus.</p> <p>XXV. Bromii Nuptiis ratis Rudolphi Pr.</p> <p>XXVI. Wrsini et M. Jeno Nuptiis eiusdem.</p> <p>XXVII. Parentalia Augusto Electori a D. Maiore Sabita.</p> | <p>XXVIII. Esthælii Johanni Ernesto Pr. Pr. Anhaltino v Alberto Voito dicitur.</p> <p>XXIX. Fentzeii in obitum Eiusdem Principis.</p> <p>XXX. Angeli ad Barone de W. Pr. Pr.</p> <p>XXXI. Memoria Damolii Diepholdii.</p> <p>XXXII. Abrahami Cremeri de promotione ad Pr. Pr.</p> <p>XXXIII. Propemptica Fyfelio et Cremeri dicitur.</p> <p>XXXIV. M. Victori, cum renunciaretq Rector.</p> <p>XXXV. Oda Sapphica in Doctores Honoratus Fyfelii &.</p> <p>XXXVI. In Magisterii Honore Joh. Cr. Pr. Pr.</p> <p>XXXVII. Merzmanni in honorem Magisterii Coppenii XX juvenum.</p> <p>XXXVIII. M. Krotii in Magisterium Haberlandi.</p> <p>XXXIX. In Magisterium Coppenii Bethmanni Herdesiani.</p> <p>XL. Christiani Vopleri.</p> <p>XLI. Abrahami Theopoldii.</p> <p>XLII. M. Coppenii Gratiam. Tunc in Magisterium.</p> <p>XLIII. De dignitate Consulari Trevesi.</p> <p>XLIV. De dignitate Notariatus Gelami.</p> <p>XLV. Apocryphorum Politicorum Regula.</p> <p>XLVI. Nuptiis Petri a Jena.</p> <p>XLVII. M. Pucneri.</p> <p>XLVIII. M. Richardi.</p> <p>L. Wolfgangi Hanen.</p> |
|--|--|

Ec. 11



104
95
ΑΓΑΛΛΙΑΜΑ ΓΑΜΙΚΟΝ
auspicatissimis NUBTIS
Clarissimi, Consultissimi &
Florentissimi viri

DN. CYRIACI HERDESIA-
NI, JC. CONSILIARII ANHALTI-
NI in aula Servestana, & jurium
Professoris in Illustri Gymnasio
ibid.

NEC NON
Lectissimæ pudicissimæq; VIRGINIS
MARTHÆ
MARTINI COLERI JC.

eximii relictæ filia,
MATTHÆI VVESENBECI JC.
celeberr. ex filia neptis,

SERVESTÆ
Celebrandis XXII. April. M.DC.XVI.

Dicatum

à

Clarissimis & doctissimis viris quorum nomina
singulis versib. adscripta.

Typis Zachariæ Dörfferi,
ANNO M.DC.XVI.



AGALLIAMA GAMIKON. (versu

HÆc quoq; Mnemosynes natæ, nova gaudia
Dicite sollemni nobis, pulcros Hymenæos:

Tuq; ô Parnasi præses, bifidiq; Heliconis
Dulcisonâ citharâ nova concine gaudia lætus.

CYRIACO, Themidis mystæ, variq; polito,
Qui moreis vidit multorum callidus hospes,
Callidus & linguas varias, arteisq; peritus
Laudatas, quem deniq; tollit in æthera virtus
Enthea, quod vortat feliciter, HERDESIANO
MARTHA COLERA, (cui genitor, præclarus a-
Astrææ: verum maternū cui genus ortū est (mator
A WESENBECIO, Consulto Juris & æqui
Magnæ Teutonidos magno, quem novit Eous
Orbis, & Hesperius:) virgo nunc ducitur uxor.

Ergò Tibi placuit placato Numine tandem
Fœdera connubii fidissima ritè pacisci,
HERDESIANE, meis longe mihi karior oclis?
Crede mihi, res est thalamus ter-sancta jugalis,
Quam paradisiacis primitim sacrauit in hortis
Arbiter omnipotens rerum, valloq; potenti
Firmavit, quod nemo velit temerare, vel ausit
Transiliisse bonus. Nihil est jucundius istoc
Nempe jugo: quod ferre pares suevère mariti:

A 2

Unde

Unde satulæto exsurgit pulcherrima mesfis;
Mesfis, quâ nomen nostrum & fit stemma perenne.
Quid recitem socias operas, suavesq; labores,
Mutuaq; officia, auxilia indefessa? perindè,
Hæc memorans, faciat, qui connumerare labore
Navifragi Oceani fluctus, siccas vel arenas.
Experiêre satis, verax quæ nuncio haruspex.
Ne verò nimium remorer tua gaudia, Sponse,
Abrumpo filum: neq; enim fas dicere plura.
Vive, vale, Neonymphe; Tibi DEUS adnuat astris:
Et largâ semper dextrâ bona depluat indè.

Bona scève ergo deproperabam

Georgius Remus J.C. Reip. Nurb. à consil.

Nonis Aprilibus, Anno gratia M. DC. XVI.

Norimbergæ.

ALIUD.

MARTHA, Wesenbecii neptis, genitore Colero
Edita Martino, virgo decora, pudens;
Nubere consulto-juris parat HARDESIANO:

ASCANII Eubulum quem colit aula ducis:

Et Servestani miratur docta Lycæi

Orchestra: ac streperi turba clienta fori.

DI faveant ceptis geniales atq; jugales,

Et cumulent nuptis gaudia, remq; novis!

Bern. Prætorius Reip. Nu-

remberg. Synd. prid. Nonas

Aprilis f.

ALIUD.

ALIUD.

Adesto Amorum turba teneerrima;
Et vos Caménæ; tuq; Parer chelyn
Eburneam cedo! canenda est
Et celebranda dies, petitem

HERDESSIANUS quâ thalamum subit
MARTHÆ venusta; virginei chori

Quæ gemma, quæ virtute summa
Ingenii haut minor est Minervâ;
Junonem & anteit dotibus, edita

Patre atq; Avo, quos dixeris optimè
Duces gregum, sacrae Themistæ
Qui vigilant studio ac labore.

Quod cuncta, credo, contulerint manus
Elementa, vobis ut jubar aureum hoc

Darent. Tibi, ecce, HERDESSIANE,
Talis adest socianda virgo!

Vive ergo, & ætas dum finit & dies
Da ludum amori. basia subripe.

Jam nil nisi suavitates
Sint comites tibi, sint tuæq;!

Vos larga cornu copia divite
Beet! parentum stirpe propaginem
Dignamq; det JAH, quæ virescat
Sicut oliva viret novella.

Vos corpore & mente incolumes **DEUS**
Servet per altos Nestorios dies;
Tandemq; vobis largiatur
Post pia fata peremnitatem.

αὐτοῦ ἐδίασι l. m. q.

Norimbergæ lusitabam

Chr. Hasslichius Reip. Patr.

Synd.

A 3

ALL

ALIUD.

S Idotes inter, non est postrema, puella
Progenitam eximii sanguinis esse fatu:
Dotatas inter primum tua Martha puellas,
SPONSE, locum triplici dote superba teneo.
Semine COLERICETAM esse, est dos bene magna:
Dicier affinem KNICHII: & hac bona dos.
AST, W E S E N B E C I I neptem esse, hac tertia dos est,
Addi cui possit, SPONSE, quid ulterius?

M. Joh: Theopoldus.
Superintendens & Profef.
sor Servestanus.

ALIUD.

D Vlce sodalitiū, sine quo non ulla voluptas.
Væ soli, quando fors premit arta virum.
Ipse DEUS binos conjungit amore perenni
Distincti sexus, sint duo ut una caro.
Suave viri decus est conjux morata, secundis
Quæ fatis gaudet, fertq; sinistra simul.
Lenit amore Malum, demulcet prole dolentem;
Quam si fata negant, Prolis & ipsa loco est.
Virtutem comitatur honos, Solis comes almus
Splendor, dat Pietas digna brabia suis.
Antè igitur Musæ tibi laurea ferta dedere,
Nectunt quæ magnis laurea ferta viris.
Ecce corona datur reduci post mille labores
Exhaustos, longæ & mille pericla viæ.

Quæ

Quæq; corona tui capitisq; domusq; futura
Prodit in amplexus sponsa venusta tuos.
Magnorum proles, claris natalibus orta,
Ornat quam pietas, quam probitatis honos.
Herdesiane tibi grator, Clarissime Doctor,
Tædas, Pegasidum qui Themidosq; decus.
Cuncta brevi voto comprehendam; Præside, tædis
Fœcundis adsit Paxq; Fidesq; , DEO.

Ευχή.

ὦ θεὸς ἐξ ὧρας θῆλυον καὶ ἀρσένια πρῶτως
τῷ γένει αὐξήσαι τῶν μερῶν γὰρ χάριν,
Ἡδίστης τε θέλων τῆς ἀπονδῆς ἴχνιον εἶναι
τὸν γάμον, ἦν λαῶ χριστὸς ἐθήκεν εἶω,
σέργε τ' ἠμῶν κῦδος τὸν Νυμφίον, ὅς καὶ
Σὲ δὲ πρὸ κυριακὸν ἴθρομα ὀπίλαχε.
Νυμφὴν σέργε κόρην κλειτὴν, Κειδέα ἔσταν,
Πρηγμὶ ἔρανον χειρῶν μνησιθρόντε σέθεν,
Ἡυτοκίαν παρέχευ τε λέχω πολυήρατον αὐτῶν,
κῆρας, ἔριν πᾶσιν καὶ περ ἀλαλκε αἰεὶ,
Μακροβίοισι δίδεχ χρυσεῖον γ' ἀργύρεόν τε
ὄλβον κ' αἰδὶς χάσμα ἄγαυά πολλα.
κλυθιδῶν, αἰὼν τε ἀναξ ὕψιστε μέγιστε,
καὶ λαβὲ τὰς ὧρας τὸν διὰ χριστὸν ἑμάς.

Ὁφημήσας
faciebat

M. Cunradus Reinhardus
Superintendens Berne-
burgensis.

ΣΕΥΤΟ

ἘΡΩΤΟ-ΠΑΙΓΝΙΟΝ ἩΘΙΚΟΝ

συγχαριστικόν.

PYTHAGORAS.

πάντα μέσοισιν ἄριστα, μέσθ' ἴελε ἐν πόλει εἶναι.

D. Bernardus. Tene medium: si non vis perdere modum: in te consiste: locus medius tutus est: medium, sedes modi, & modus virtus.

Cuncta Modo constant, Modus omnia ritè gubernat,
Astra Modo currunt, ponuntur scilicet equo
Castra Modo, Deus ipse Modum servatq; colitq;
Est Modus in pœnis, Modus ornat premia, damnat
Confusum Modus, ac durant Moderata per ævum.
Quidquid in orbe, Modo discernitur, omnia passim
Plena Modi: quin vacca Modum potusq; cibiq;
Humana edidicit melius servare caterva:
Utq; Modi Modus ipse mihi, Modus emicat almis
Conjugiis, redasq; Modus conservat & ades.
Felix ille, Modo qui querit conjugis usum
Amplexumq;, Modo formosa puella probatur,
Nec lasciva nimis, nimis haut pudibunda placebit,
Haut nimum dives, Medii censura puellam
Commendat, vilis qua primis suefcit ab annis
Sectari juvenes, que passim munera sumit,
Vilis, mutato Veneris que turgeat æstro,
Nec Modus bis gestu, Modus aut servantior æstu.
Lance Modi tibi cuncta fuit perpendere cura,
Seu sacra Astrea faceres, seu regna vel urbes
Transires, Gallos, Italos, vel cautus Iberos
Perspiceres, vasti aut spumantia climata ponti.
Verum lege Modi a falso, castumq; petulco
Scilicet illicitum licito discernere doctus,

Quod

Quod vappa & blenni satis ignorare probatur,
Ducitur ipsa Modo conjunx Tibi Sponse petito.
Seu bona fortuna, aut mentis vel corporis aequus
rbitur inspicat, votis pia fata secundis
Faverunt, eadem vobis dent Nestoris annos,
Et pulcra faciant felices prole parentes.

Ica voveo animitus
Henricus Kitschius Lipsiensis, Gymna-
sii Servestani professor.

Anno

Vera VirVs MoDo Constat.

MeDia VIa non Carent asperitate, angVstIs obsIta.

Chronologica ad Sponfos directa.

KyrIaCVs HarDessen IVrIs antIstes Magnos hono-
res parat.

Martha neptIs VVesenbeGlana HarDessIano IngenIo
& arte potentI pareat.

ProLe VenVstVLa beet Martha HarDessIan.

ProLes argVtVLa sIt Martha Vera aDorea.

ALIUD.

SI cuiquam undâ fontis Hippocrenii
Datum sit ora prolui,
Anitianis digna fari flosculis
Si quispiam potens fuit:
Adesto latus Gratiarum isthac die,
Melosq; doctum pangito.
Ego at molestus anser inter quid strepo
Cygnos? canoræ Aëdoni
Quid rauca Progne certo? Nempe amortui
HardeSIane sic jubet.
Bonâ ecce faustitate jam tuos subit
Toros puella vinnula.

B

Quam

Quam cura summi patris omni provida
Lêgit cohorte virginum,
Moræ levamen una longiusculæ
Vt esset acceptabile,
Virtutis ergo, quâ teneri passus es,
Doctæq; famæ ob gloriam.
Sic nempe Phœbus ire mundo clarior
Post densa suevit nubila:
Sic aura post infensa brumæ frigora
Solet redire mitior:
Minisq; sævis Æoli lux gratior
Commota placat æquora,
Diu est te Apollo laureâ cum cingeret
Septemplicis scientiæ;
Diu est Themistos cum tu adauctus Rauracæ
Novis redires titulis.
Istis sed eminere duxisti parum, &
Perfectionis indigum,
Nisi actiosa pectus observatio
Tuum daret polytropon.
Tibi ergo terras & viros ad externos
Migrare non fuit grave,
Et ire visum si quid his insignius,
In rebus & secretius,
Divina quæ res, quæ profana cognitum
Et quæ inter has discretio.
En visa reatrix præpotens Ligustici,
Præsesq; miranda Hadriæ:
Præcellsa ditioris arx Insubriæ,
Et nota Gallis Ticinum:
Caputq; florens fructuosæ Tusciæ,
Materq; Literariæ.

En visa

En visa pluries tot olim gentium
Regina Septimontium:
Præstans equis, & triplici munimine
Superbiens Neapolis.
Hinc diva Loretti, vetusq; Exarchica,
Antenorisq; mœnia.
En visa sæpe Liliorum nobilis
Corona, & alma Regia:
Bellacis item scepra Iberiæ ardua,
Et celsa tecta Baticæ:
Atq; Albionis regna trans mare inclita,
Proculq; ab orbe disita.
En visa utrinq; res & arma Belgicæ
Gentis domari nesciæ.
Nostras quid urbes eloquar? quid intima
Reiq; nostræ publicæ?
Nil de tot aulis dico, nil de curiis
Virisq; civitatum.
Mitto Freheros, Gothofredos, Lectios,
V Velferianos, Plessicos,
Quid cum Thuanis proferam Baronios,
Casaubonos, Scaligeros?
Quid Douzianos Lipsicosq; pluteos?
Et tale si quid uspiam est?
Hæc visa solum? in seffa quin magis, sed &
Excussa prorsus inquo.
Hinc imperatrix illa rerum provida,
Decensq; morum suavitas.
Hinc vulgus elevare supra verticem
Concessum, & ipsa fidera.
Hinc rebus interesse publicis datum
Tibi, monere & principes.

B 2

Hinc

Hinc nostra te docente pubes musica
Mox fiet eruditior.
Sed & manebit amplior te adorca,
Ignara mortis invidæ:
Ab ore pennâ re cluebis perpetim
Phœbea donec gens erit.
At, Sponse, gratulemur interim tibi
Tali potito protinus
Sponsâ, ferat quæ læta claritudinis
Suo marito exordia.
Quid namq; Vesembecii illustrius?
Quid & Coleris clarius?
Vides pudoris ora porrò ut splendeant
Meræq; plena gratiæ.
Vides suavitate morum consonâ
Ut dona mentis promicent.
Piè probeq; Martha, quod caput rei,
Est educata à parvulo.
Tui medullitusq; castis insuper
Amoris ardet ignibus.
Proinde lætus Sponse Sponsam amplectere
Reciprocatis nexibus.
Sietq; vobis hoc jugale gaudium
Sic commodum, sic utile,
Ut audiatur facta mater Marthula
Novem peractis mensibus,
Novusq; tu voceris, auctus scilicet
Hardefianulo, pater.
Vobis sit omnis vita tandem prospera
Expersq; amaritudinis.

*Johannes Fubrmeisterus præ-
tor Bernburg. F.*

*Id 4212.
8.*


ULB Halle 3
002 391 589


So

Me
vom







95

AMIKON
BTLs
ultissimi &
viri
ERDESIA-
II ANHALTI-
na, & jurium
Gymnasio
eq; VIRGINIS
HÆ
LERI JC.
filia,
ENBECI JC.
neptis,
HÆ
il. M.DC.XVI.
s quorum nomina-
scripta.
Dörfferi,
C. XVI.

